



Caius Iulius Caesar

“De Bello Gallico”

Antología con vocabularios

Colección de textos breves para la traducción,
acompañados de un vocabulario completo para Latín II
y textos para preparar la prueba de la Selectividad

FRANCISCO EXPÓSITO SÁNCHEZ
I.E.S. “El Valle” de Jaén





1

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit.

CAESAR, De bello Gallico, I,1

VOCABULA	
a, prep.: + Abl. : de, a partir de, por	incolo, is, ere, ui, cultum: habitar
alius, a, ud: otro	institutum, i, n.: institución
appello, as, are: llamar	inter, prep. + ac.: entre
Aquitanus, i, m.: aquitano	ipse, ipsa, ipsum: mismo
Belga, ae, m.: belga	lex, legis, f.: ley
Celta, ae, m.: celta	lingua, ae, f.: lengua
differo, difers, differre, distuli, dilatum:	Matrona, ae: río Marne
diferir, ser diferente	noster, tra, trum: nuestro
divido, is, ere, visi, visum: dividir	omnis, e: todo
et, conj.: y	pars, partis, f.: parte
flumen, inis, n.: río	qui, quae, quod: que, el cual
Gallia, ae, f.: la Galia	se, pron. réfl.: se
Gallus, i, m.: Galo	Sequana, ae, f.: río Sena
Garunna, ae, f.: río Garona	sum, es, esse, fui: ser, estar
hic, haec, hoc: este	tertius, a, um: tercero
in, prep. (ac o abl.):a, hacia / en	tres, ium: tres
	unus, a, um: un



2

Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garunna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet, spectat inter occasum solis et septentriones.

CAESAR, De bello Gallico, I, 1

VOCABULA	
a, prep. + Abl.: de, desde, a partir de	inter, prep. + Ac.: entre
ad, prép. + Ac.: hacia, junto a	is, ea, id : ese, esa, eso, él, ella, ello
Aquitania, ae, f.: Aquitania	mons, montis, m.: montaña
Belga, ae, m.: belga	occasus, us, m.: ocaso, puesta de sol
eo, is, ire, i(v)i, itum: ir	Oceanus, i, m.: Océano
et, conj.: y	oriens, entis : oriente, por donde sale el sol
extremus, a, um: último	pars, partis, f.: parte
finis, is, f.: límite, frontera	pertineo, is, ere, tinui: extenderse
flumen, inis, n.: río	Pyrenaeus, i, m.: los Pirineos
Gallia, ae, f.: Galia	qui, quae, quod: que, cual
Garunna, ae, f.: río Garona	Rhenus, i, m.: el Rhin
Hispania, ae, f.: Hispania	septentrio, onis, m.: septentrión, norte
in, prep.: (ac. o abl.) : a, hacia / en	sol, solis, m.: sol
inferior, oris: inferior	specto, as, are: mirar
inferus, a, um: inferior, que está debajo	sum, es, esse, fui: ser, estar



3

Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala [et P.] M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent.

CAESAR, De bello Gallico, I, 2

VOCABULA	
apud, prep + ac: entre	longe, inv.: de lejos, con mucho
civitas, atis, f.: ciudad	M., inv.: abrev. de Marcus
coniuratio, onis, f.: la conjuración	Messala, a, m.: Mesala
consul, is, m.: cónsul	nobilis, e: noble
copia, ae, f.: la abundancia / pl. las tropas	nobilitas, atis, f.: nobleza
cum prep. + abl.: con	omnis, e: todo
cupiditas, atis, f.: deseo	Orgetorix, Orgetorigis: Orgetorige
de, prep. + abl.: de, desde	P., abrev. de Publius
ditissimus,-a, -um: muy rico	persuadeo, es, ere, asi, asum:
et, conj.: y	persuadir
exeo, is, ire, i(v)i, itum: salir	Piso, onis, m.: Pisón
facio, is, ere, feci, factum: hacer	regnum, i, n.: reino
finis, is, f.: límite, frontera	sum, es, esse, fui: ser, estar
Helvetius, i, m.: helvecio	suus, a, um : adj.: su
induco, is, ere, duxi, ductum: llevar	ut, conj; + subj.: para que



4

Orgetorix sibi legationem ad civitates suscepit. In eo itinere persuadet Castico Catamantaloedis filio Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et ab senatu populi Romani amicus appellatus erat.

CAESAR, De bello Gallico, I, 3

VOCABULA	
ab, prep.: + Abl.: por	pater, tris, m.: padre
ad, prep. + Ac.: ante	persuadeo, es, ere, asi, asum:
amicus, a, um: amigo	persuadir
annus, i, m.: año	populus, i, m.: pueblo
appello, as, are: nombrar, llamar	qui, quae, quod: que, cual
Casticus, i, m.: Cástico	regnum, i, n.: poder, reino
civitas, atis, f.: ciudad	Romanus, a, um: Romano
et, conj.: y	se, pron. réfl.: se
filius, ii, m.: hijo	senatus, us, m.: senado
in, prep.: (ac + abl.) a, hacia / en	Sequana, ae, f.: Río Sena
is, ea, id: ese, esa, eso	Sequani, orum, m.: los Secuanos
iter, itineris, n.: camino, ruta	sum, es, esse, fui: ser
legatio, onis, f.: embajada	suscipio, is, ere, cepi, ceptum: asumir
multus, a, um: mucho	Catamantaloedis, -is: Catamaloedis
obtineo, es, ere, tinui, tentum: obtener	Orgetorix, Orgetorigis: Orgetorige



5

Hac oratione adducti inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

CAESAR, De bello Gallico, I, 3

VOCABULA	
hic, haec, hoc: este oratio, onis, f.: discurso adduco, is, ere, duxi, ductum: convencer inter, prép. + Acc.: entre se, pron. réfl.: se, fides, ei, f.: lealtad et, conj.: y ius, iuris (iurandum) n.: juramento do, das, dare, dedi, datum: dar regnum, i, n.: reino occupo, as, are: apoderarse, ocupar per, prép.: + Ac. : por	tres, ium: tres potens, entis: poderoso ac, conj.: y firmus, a, um: firme, enérgico populus, i, m.: pueblo totus, a, um: todo Gallia, ae, f.: La Galia sese, pron.: = se potior, iris, iri, potitus sum (dep): apoderarse de possum, potes, posse, potui: poder spero, as, are, avi, atum: esperar



6

Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur; mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauca prohibere possent; alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant; Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet.

CAESAR, De bello Gallico, I, 6

VOCABULA	
ad, prép. + Acc.: a, hacia, junto a Allobroges, um, m.: los Allobroges alter, era, erum: uno..., otro altus, a, um: alto, profundo angustus, a, um : estrecho at, conj.: pero atque, conj.: y autem, conj.: sin embargo carrus, i, m.: carro difficilis, e: difícil domus, us, f.: la casa duco, is, ere, duxi, ductum: conducir, guiar duo, ae, o: dos eo, is, ire, iui, itum: ir et, conj.: y ex, prép.: + Abl.: de, desde exeo, is, ire, ii, itum: salir, partir expeditus, a, um: sin equipaje extremus, a, um: final, último facilis, e: fácil finis, is, f.: frontera, límite flumen, inis, n.: río fluo, is, ere, fluxi, fluxum: fluir Helvetius, i, m.: helvecio impendeo, es, ere : pender sobre, estar colgado sobre inter, prép. + Acc.: entre is, ea, id: este iter, itineris, n.: camino, ruta locus, i, m.: lugar	lura, ae, f.: monte Jura mons, montis, m.: montaña multo, adv.: mucho multus, a, um: mucho, en gran número noster, tra, trum: adj. Nuestro nonnullus, -a, -um: algún nuper, adv.: recientemente omnino, adv.: completamente oppidum, i, n.: ciudad pacatus, a, um: pacífica per, prép.: + Acc.: por, a través de perpauca, orum: muy poco numeroso pertineo, is, ere, tinui: extenderse pons, pontis, m.: puente possum, potes, posse, potui: poder prohibeo, es, ere, bui, bitum: prohibir propterea quod: porque prouincia, ae, f.: provincia proximus, a, um: vecino, cercano qua (adv. rel.): por donde queo, is, ire, ii ou iui, itum: poder qui, quae, quod: que, quien, cual Rhodanus, i, m.: Río Ródano Sequani, orum, m.: los secuanos singuli, ae, a: pl. cada uno sum, es, esse, fui: ser, estar uadum, i, n.: lvado, paso bajo uix, adv.: apenas unus, a, um: uno ut + subj.: de manera que Genava, -ae: Ginebra



7

Pontem qui erat ad Genavam iubet rescindi. Ubi de eius adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant.

CAESAR, De bello Gallico, I, 7

VOCABULA	
ad, prép. + Acc. : hacia, junto a	iubeo, es, ere, iussi, iussum : mandar, ordenar
adventus, us, m. : llegada	legatio, onis, f. embajada
certus, a, um : seguro, conocedor, cierto	mitto, is, ere, misi, missum : enviar
ciuitas, atis, f. : ciudad	Nammeius, -i : Nameyo
de, prép. + abl. : de, desde	nobilis, e : noble
et, conj. : y	obtineo, es, ere, tinui, tentum: obtener, conseguir
facio, is, ere, feci, factum : facer	pons, pontis, m. : puente
Genava, -ae: Ginebra	princeps, ipis, n. m. el primero, el jefe
Heluetius, i, m. : helvecio	qui, quae, quod : que, el cual
is, ea, id : este, ese, aquel	sum, es, esse, fui : ser, estar
legatus, i, m. : legado, enviado	ubi, conj. : cuando
locus, i, m. : lugar	Verucloetius, -i : Verucloecio



8

Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum decem novem murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. Eo opere perfecto praesidia disponit, castella communit, quo facilius prohibere possit.

CAESAR, De bello Gallico, I, 8

VOCABULA

a, ab prép. : + Abl. : a partir de, de, por ad, prép. + Acc. : hacia, junto a altitudo, dinis, f. : altitud castellum, i, n. : fortin communio, is, ire, iui, itum : fortificar conor, aris, ari (dep) : esforzarse conuenio, is, ire, ueni, uentum : 1. reunirse, convocar decem, adj. num. : diez dispono, is, ere, posui, positum : disponer diuido, is, ere, uisi, uisum : dividir ex, prép. : + Abl. : de, fuera de facilis, e : facil finis, is, f. : límite, frontera flumen, inis, n. : río fossa, ae, f. : fosa habeo, es, ere, bui, bitum : tener Heluetia, ae, f. : Helvecia in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia,/ en influo, is, ere : lanzarse miles, itis, m. : soldado miliun, ii, n : mil mons, montis, m. : montaña murus, i, m. : muro nouem, inv. : nueve nouo, as, are : rehacer	interea, adv. : entretanto inuitus, a,um : contre su voluntad is, ea, id : este, ese, aquel Iura, ae, f. : monte Jura lacus, us, m. : lago legio, onis, f. : légión Lemannus, i, m. : el lago Leman opus, operis, n. : trabajo, obra passus, us, m. : paso (1, 479 m.) perduco, is, ere, duxi, ductum : conducir, llevar perfectus, a, um : acabado, perfecto perficio, is, ere, feci, fectum : acabar pes, pedis, m. : pie possum, potes, posse, potui : poder praesidium, ii, n. : puesto de guardia prohibeo, es, ere, bui, bitum : prohibir prouincia, ae, f. : la provincia queo, is, ire, ii ou iui, itum : poder qui, quae, quod : que, quien, cual quo, seguido de comparativo conj. : para que Rhodanus, i, m. : le Ródano se, pron. réfl. : se sedecim, inv. : dieciseis Sequani, orum, m. : los Secuanos si, conj. : si transeo, is, ire, ii, itum : pasar, cruzar
--	--



Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis invitis propter angustias ire non poterant. His cum sua sponte persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat et quam plurimas civitates suo beneficio habere obstrictas volebat. Itaque rem suscipit et a Sequanis impetrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur, obsidesque uti inter sese perficit.

CAESAR, De bello Gallico, I, 4

VOCABULA	
a, prép. : + Abl. : de, desde / por	mitto, is, ere, misi, missum : enviar
ad, prép. + Acc. : a, hacia, junto a	non, neg. : no
adduco, is, ere, duxi, ductum : atraer, llevar	nouus, a, um : nuevo
hacia,	obses, idis, m. : rehén
amicus, a, um : amigo	obsideo, es, ere, edi, essum : asediar
amicus, i, m. : amigo	obstringo, is, ere, strinxi, strictum : encadenar
angustiae, arum : desfiladero, garganta	patior, eris, i, passus sum (dep.) : sufrir,
apud, prép+acc : junto a , entre	soportar
beneficium, ii, n. : beneficio	per, prép. : + Acc. : a través de , por
ciuitas, atis, f. : ciudad	perficio, is, ere, feci, fectum : acabar por
cum :1. Préposition + abl. = con 2. conjunción	completo
+ subj. = como,	persuadeo, es, ere, asi, asum : persuadir
cupiditas, atis, f. : deseo	plurimi, ae, a : pl. muy numeroso
deprecator, oris, m. : protector, suplicante	plurimum, adv. : mucho
do, das, dare, dedi, datum : dar	possum, potes, posse, potui : poder
duco, is, ere, duxi, ductum : conducir, guiar,	propter, prép + acc. : a causa de, al lado de
Dumnorix, igis, m. : Dumnorige	quam (adv.): cuan
is, ea, id : este, ese, aquel	quod (conj)+ind: porque
eo, is, ire, iui, itum : ir	qui, quae, quod : quien, que, cual
ex, prép. : + Abl. : de, fuera de	regnum, i, n. : reino
filia, ae, f. : hija	relinquo, is, ere, reliqui, relictum : dejar,
finis, is, f. : límite, frontera	abandonar
gratia, ae, f. : gracia	res, rei, f. : la cosa
habeo, es, ere, bui, bitum : tener	Sequana, ae, f. : río Sena
Haedui, orum, m. : los eduos	Sequani, orum, m. : los secuanos
Heluetia, ae, f. : Helvecia	sese, pron. : = se
Heluetius, i, m. : helvecio	sponte, inv. : por voluntad
hic, haec, hoc : este	studeo, es, ere, ui : esforzarse
impetro, as, are : obtener	sum, es, esse, fui : ser, estar
in, prép. : (acc. ou abl.) : a, hacia / en	suscipio, is, ere, cepi, ceptum : sostener, sujetar
inter, prép. + Acc. : entre	suus, a, um : adj. : su
inuitus, a, um : contra su voluntad	uia, ae, f. : ruta, camino
itaque, conj. : por consiguiente	unus, a, um : uno
largitio, ionis, f. : generosidad	uolo, uis, uelle : querer
legatus, i, m. : legado, enviado	ut, conj.+ subj; : que, para que, de modo que
lego, as, are : dejar en testamento	uti, = ut
matrimonium, ii, n. : matrimonio	utor, eris, i, usus sum (dep.) +ablat. : utilizar



10

Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum praefecit; ipse in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur.

CAESAR, De bello Gallico, 1, 10

VOCABULA	
Alpes, ium, f. : los Alpes	iter, itineris, n. : camino, ruta
Aquileia, ae, f. : Aquilea (villa de Istria)	Labienus, i, m. : Labieno
causa, ae, f. : causa, motivo	legatus, i, m. : legado, enviado
circum prép. acc. : en torno a	legio, onis, f. : legión
conor, aris, ari (dep.) : esforzarse.	locus, i, m. : lugar
conscribo, is, ere, scripsi, scriptum : enrolar, inscribir	magnus, a, um : grande
contendo, is, ere, tendi, tentum : dirigirse	munitionio, ionis, f. : trabajo de fortificación
cum, inv. :1. Préposition + abl. = con	ob, prép. + acc : a causa de
duo, ae, o : dos	occupo, as, are : invadir, ocupar
educo, is, ere : hacer salir	per, prép. : + Acc. : a través de, por
is, ea, id: este, ese, aquel	praeficio, is, ere, feci, fectum : poner al mando
et, conj. : y	prohibeo, es, ere, bui, bitum : prohibir
ex, prép. : + Abl. :de, fuera de	proximus, a, um : próximo, cercano
exercitus, us, m. : ejército	qua (adv.rel): por donde
facio, is, ere, feci, factum : hacer	qui, quae, quod : que, quien, cual
Gallia, ae, f. : la Galia	quinque, adj. inv. : cinq
hiberna, orum, n. : los cuarteles de invierno	sum, es, esse, fui : ser, estar
hic, haec, hoc : este	superior, oris : superior, más elevado
hiemo, as, are : hibernar	superus, a, um : que está arriba
ibi, adv. : allí	T, n. pr. : abreviación de Tito
in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en	tres, ium : tres
ipse, a, um : mismo	ulterior, oris : que está al otro lado
Italia, ae, f. : Italia	Caturiges, um: Caturiges
	Ceutrones, -um: Ceutrones



11

Compluribus his proeliis pulsus ab Ocelo, quod est citerioris provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit; inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi. Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduum fines pervenerant eorumque agros populabantur.

CAESAR, De bello Gallico, 1,11

VOCABULA	
ab, prép. : + Abl. : de, desde, por ager, agri, m. : campo Allobroges, um, m. : los Allobroges angustiae, arum : desfiladero, garganta complures, ium : muchos copia, ae, f. : tropas dies, ei, m. et f. : día duco, is, ere, duxi, ductum : guiar, conducir et, conj. : y exerceo, es, ere, cui, citum : practicar, ejercitar exercitus, us, m. : ejército extra, + acc. : fuera de extremus, a, um : último finis, is, f. : límite, frontera Haedui, orum, m. : los eduos Helvetius, i, m. : helvecio hic, haec, hoc : este iam, adv. : ya in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en inde, adv. : desde allí is, ea, id : este, ese, aquel	Ocelum, i : Ciudad de Ocelo pello, is, ere, pepuli, pulsum : empujar per, prép. : + Acc. : a través, por peruenio, is, ire, ueni, uentum : llegar popolor, aris, atus sum (dep.) : devastar primus, a, um : primero proelium, ii, n. : combate prouincia, ae, f. : la provincia qui, quae, quod : que, cual, quien quod (conj) : que, porque Rhodanus, i, m. : el Ródano se, pron. réfl. : se septimus, a, um : séptimo Sequani, orum, m. : los secuanos Segusiavus, -i: Segusiavo sum, es, esse, fui : ser, estar suus, a, um : adj. : su traduco, is, ere, duxi, ductum : hacer pasar trans, prép. : + Acc. : al otro lado ulterior, oris : que está al otro lado Vocontius, -i: Voconcios



12

Eodem tempore [Haedui] Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduorum, Caesarem certiore faciant sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Item Allobroges qui trans Rhodanum vicus possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui.

CAESAR, De bello Gallico, 1,11

VOCABULA

ab, prép. : + Abl. : de, desde, por ad, prép. + Acc. : a, hacia, junto a ager, agri, m. : campo Allobroges, um, m. : los Allobroges Ambarri, orum : los Ambarros Caesar, aris, m. : César certus, a, um : conocedor, seguro, consanguineus, a, um : de la misma sangre demonstro, as, are : mostrar depopulo, depopulari, depopulatus sum (dep.): devastar et, conj. : y facile, adv. : facilmente facilis, e : facil facio, is, ere, feci, factum : hacer fuga, ae, f. : huida fugo, as, are : poner en fuga habeo, es, ere, bui, bitum : tener Haedui, orum, m. : los eduos hostis, is, m. : enemigo idem, eadem, idem : mismo item, inv. : igualmente necessarius, i, m. : pariente, aliado	nihil, ou nil : nada non, neg. : no oppidum, i, n. : ciudad fortificada possessio, onis, f. : posesión praeter prép. : delante de, excepto prohibeo, es, ere, bui, bitum : prohibir queo, is, ire, ii ou iui, itum : poder qui, quae, quod : que, cual, quien recipio, is, ere, cepi, ceptum : recibir relinquo, is, ere, reliqui, relictum : dejar, abandonar reliquus, a, um : restante Rhodanus, i, m. : el río Ródano se, pron. réfl. : se sese, pron. : = se sol, solis, m. : sol solum, i, n. : suelo solus, a, um : solo sum, es, esse, fui : ser, estar tempus, oris, n. : tiempo, momento trans, prép. : + Acc. : al otro lado uicus, i, m. : villa uis, -, f. : fuerza
---	--



13

Flumen est Arar, quod per fines Haeduum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant.

CAESAR, De bello Gallico, 1,12

VOCABULA	
ac, conj. : y	lenitas, atis, f. : suavidad
Arar, ris, , m. : río Arar	linter, lintris, m. : barca
et, conj. : y	non, neg. : no
finis, is, f. : límite, frontera	oculus, i, m. : ojo
flumen, inis, n. : río	pars, partis, f. : parte
fluo, is, ere, fluxi, fluxum : fluir	per, prép. : + Acc. : a través de, por
Haedui, orum, m. : los eduos	possum, potes, posse, potui : poder
Heluetius, i, m. : Helvecia	qui, quae, quod : que, quien, cual
in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en	ratis, is, f. : nave
incredibilis, e : increíble	Rhodanus, i, m. : el Ródano
influo, is, ere : desembocar	Sequani, orum, m. : los secuanos
is, ea, id : este, ese, aquel	sum, es, esse, fui : ser, estar
ita... ut : de manera que	transeo, is, ire, ii, itum : pasar,
iudico, as, are : juzgar	atravesar
iungo, is, ere, iunxi, iunctum : unir	uter, tra, trum : una de las dos



14

Nam omnis civitas Helvetia in quattuor partes vel pagos est divisa. Hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat. Ita sive casu sive consilio deorum immortalium, quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persolvit. Qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant.

CAESAR, De bello Gallico, 1,13

VOCABULA	
auus, i, m. : abuelo Caesar, aris, m. : César calamitas, atis, f. : desgracia, calamidad Cassius, i, m. : Casio casus, us, m. : casualidad ciuitas, atis, f. : ciudad consilium, ii, n. :consejo, decisión consul, is, m. : cónsul cum, inv. conjunction + subj. : como deus, i, m. : dios diuido, is, ere, uisi, uisum : dividir domus, us, f. : la casa is, ea, id : este, ese, aquel et, conj. : y etiam, adv. : incluso, también exeo, is, ire, ii, itum : salir exerceo, es, ere, cui, citum : ejercitar, practicar exercitus, us, m. : ejército Heluetia, ae, f. : Helvecia hic, haec, hoc : este idem, eadem, idem : el mismo immortalis, e : immortal in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en infero, es, ferre, tuli, illatum : llevar dentro iniuria, ae, f. : injusticia iniurius, a, um : injusto insignis, e : extraordinario interficio, is, ere, feci, fectum : matar ita, adv. : así iugum, i, n. : yugo L, abrév. : Lucio legatus, i, m. : legado, enviado memoria, ae, f. : memoria, recuerdo	mitto, is, ere, misi, missum : enviar nam, conj. : de hecho, pues non, neg. : no noster, tra, trum : adj. nuestro omnis, e : todo pagus, i, m. : pueblo pars, partis, f. : parte pater, tris, m. : padre, senador persoluo, is, ere, solui, solutum : pagar Piso, onis, m. : Pisón poena, ae, f. : castigo populus, i, m. : pueblo princeps, ipis, n. m. et adj. : primero, jefe priuatus, a, um : privado proelium, ii, n. : combate publicus, a, um : publico quattuor, adj. num. : cuatro qui, quae, quod : que, quien, cual quod (conj) : porque res, rei, f. : cosa, suceso, bien Romanus, a, um : romano sed, conj. : pero si, conj. : si siue, (seu) inv. : ya...ya socer, eri, m. suegro sol, solis, m. : sol solum, i, n. : suelo solus, a, um : solo sub, prép. : bajo, tras sum, es, esse, fui : ser, estar Tigurinus, i, m. : Tigurinus (canton helvecio) uel, adv. : o, bien (uel... uel...) unus, a, um : uno ulciscor, -i, ultus sum (dep.) : vengar



15

Postero die castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant quas in partes hostes iter faciant.

CAESAR, De bello Gallico, 1, 15

VOCABULA	
ad, prép. + Acc. : a, hacia, junto a	is, ea, id : este, ese, aquel
at, conj. : pero	iter, itineris, n. : camino, ruta
atque, conj. : y	locus, i, m. : lugar
Caesar, aris, m. : César	milium, ii, n. : mil
castra, orum, n. pl. : campamento militar	moueo, es, ere, moui, motum : mover
cogo, is, ere, egi, actum : reunir, concentrar	numerus, i, m. : el número
dies, ei, m. et f. : día	omnis, e : todo
equitatus, us, m. : caballería	pars, partis, f. : parte
et, conj. : y	posterus, a, um : siguiente, posterior
ex, prép. : + Abl. : de, desde, fuera de	praemitto, is, ere, misi, missum : enviar delante
facio, is, ere, feci, factum : hacer	provincia, ae, f. : la provincia
habeo, es, ere, bui, bitum : tener	quattuor, adj. num. : cuatro
Haedui, orum, m. : los eduos	queo, is, ire, ii ou iui, itum : poder
hostis, is, m. : enemigo	qui, quae, quod : que, cual, quien
idem, eadem, idem : el mismo	socius, ii, m. : aliado
in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en	uideo, es, ere, uidi, uisum : ver



16

Quo proelio sublatis Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere nonnumquam et novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia hostem rapinis pabulationibusque prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque aut senis milibus passuum interesset.

CAESAR, De bello Gallico, 1,16

VOCABULA

a, prép. : + Abl. : de, desde, por	non, neg. : no
ac, conj. : y	nonnumquam, adv. : a veces
agmen, inis, n. : ejército en marcha,	noster, tra, trum : adj. nuestro
columna	nouissimus, a, um : último
amplius, adv. : más	nouus, a, um : nuevo
amplus, a, um : grande, importante	passus, us, m. : paso (1, 479 m.)
audax, acis : audaz	praesentia, ae, f. : presencia
aut, conj. : o	primum, adv. : al principio
Caesar, aris, m. : César	primum, a, um : primero
circiter, adv. : alrededor	proelium, ii, n. : combate
coepio, is, ere, coepi, coeptum : comenzar	prohibeo, es, ere, bui, bitum : prohibir
contineo, es, ere, tinui, tentum : mantener, retener	propello, is, ere, puli, pulsum : empujar
dies, ei, m. et f. : día	qui, quae, quod : que, cual, quien
eques, itis, m. : caballero, jinete	quindecim, inv. : quince
et, conj. : y	quingenti, ae, a : quinientos
facio, is, ere, feci, factum : hacer	quini, ae, a : cada cinco
habeo, es, ere, bui, bitum : tener	quod, conj. : puesto que
Helvetius, i, m. : Helvecia	rapina, ae, f. : rapiña, botín
hostis, is, m. : enemigo	satis, adv. : bastante
in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en	senex, senis, m. : viejo
inter, prép. + Acc. : entre	seni, ae, a : cada seis
intersum, es, esse, fui : haber, participar	sublatus, a, um : elevado
ita, adv. : así	subsisto, is, ere, stiti, - : subsistir
iter, itineris, n. : camino, ruta	suus, a, um : adj. : su
laccio, is, ere, iui, itum : herir	tantus, a, um : tan, tanto
mille, n. pl. ia, ium : mil	tollo, is, tollere, sustuli, sublatum : elevar
multitudo, dinis, f. : multitud	uti, = ut
	utor, eris, i, usus sum (dep.) : utilizar
	pabulatio, pabulationis : forrajear



De tertia vigilia T. Labienum legatum pro praetore cum duabus legionibus et iis ducibus, qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,22

VOCABULA	
ad, prép. + Acc. : a, hacia , junto a	L., abrev. : Lucio
ante, prép. +acc. : delante de	Labienus, i, m. : Labieno
ascendo, is, ere, ascendi, ascensum : subir	legatus, i, m. : legado, enviado
cognosco, is, ere, noui, nitum : conocer	legio, onis, f. : legión
Considius, i, m. : Considio	M., abrev.: Marco
contendo, is, ere, tendi, tentum : rivalizar, luchar, esforzarse	militaris, e : militar
Crassus, i, m. : Craso	mitto, is, ere, misi, missum :enviar
cum, préposition + abl. = con	mons, montis, m. : montaña
de, prép. + abl. : de, desde	omnis, e : todo
duo, ae, o : dos	P., abrev.: Publio
dux, ducis, m. : jefe, guía	peritus, a, um : experto
eo, is, ire, iui, itum : ir	postea, adv. : después
equitatus, us, m. : caballería	praemitto, is, ere, misi, missum : enviar delante
et, conj. : y	praetor, oris, m. : pretor
exercitus, us, m. : ejército	pro, prép. : + Abl. : delante de, en lugar de
explorator, oris, m. : explorador	quartus, a, um : cuarto
habeo, es, ere, bui, bitum : tener, considerar	qui, quae, quod : que, quien cual
hostis, is, m. : enemigo	quo, (adv.rel) : por donde
idem, eadem, idem : mismo	res, rei, f. : cosa, circunstancia
in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en	reus, i, m. : acusado
ipse, a, um : mismo	se, pron. réfl. : se
is, ea, id : este, ese, aquel	Sulla, ae, m. : Sila
iter, itineris, n. : camino, ruta	sum, es, esse, fui : ser, estar
iubeo, es, ere, iussi, iussum : oedonar, mandar	summus, a, um : muy grande
iugum, i, n. : cima	T., abrev.: Tito
	tertius, a, um : tercero
	uigilia, ae, f. : vela, vigilia



Postquam id animadvertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum; in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlocari, ita uti supra se totum montem hominibus completeret, interea sarcinas in unum locum conferri et eum ab his, qui in superiore acie constiterant, muniri iussit. Helvetii cum omnibus suis carris secuti impedimenta in unum locum contulerunt; ipsi confertissima acie reiecto nostro equitatu phalange facta sub primam nostram aciem successerunt.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,24

VOCABULA

ab, prép. : + Abl. : de, desde, por acies, ei, f. : línea de batalla animaduerto, is, ere, ti, sum : darse cuenta, observar auxilia, orum : tropas auxiliares Caesar, aris, m. : César carrus, i, m. : carro citerior, oris : cietrior collis, is, m. : colina colloco, as, are : colocar compleo, es, ere, pleui, pletum : llenar confero, fers, ferre, tuli, latum : reunir conscribo, is, ere, scripsi, scriptum : inscribir, alistar consisto, is, ere, stiti : colocarse, establecerse copia, ae, f. : abundancia, pl. riquezas cum, inv. :prépositcon + abl. = conduo, ae, o : deus equitatus, us, m. : caballería et, conj. : y facio, is, ere, feci, factum : hacer Gallia, ae, f. : Galia Helvetius, i, m. : Suiza hic, haec, hoc : este homo, minis, m. : hombre hostis, is, m. : enemigo impedimentum, i, n. : pl. : bagages impetus, us, m. : ataque in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en instruo, is, ere, struxi, structum : colocar, poner, situar, disponer interea: entretanto interim, adv. : entretanto ipse, a, um : mismo is, ea, id : este, ese, aquel ita... ut : de talmanera que	iubeo, es, ere, iussi, iussum : ordenar, mandar iugum, i, n. : La cima legio, onis, f. : legión locum, i, m. : lugar medius, a, um : que está en el centro mitto, is, ere, misi, missum : enviar mons, montis, m. : montaña munio, is, ire, iui, itum : fortificar noster, tra, trum : adj. nuestro omnis, e : todo phalanx, phalangis: falange postquam, conj. : después de que primus, a, um : primero proximus, a, um : cercano quattuor, adj. num. : cuatro queo, is, ire, ii ou iui, itum : poder qui, quae, quod : que, cual reicio, is, ere, ieci, iectum : rechazar sarcina, ae, f. : bagaje se, pron. réfl. : se sequor, sequi, secutus sum: seguir sub, prép. : + Abl /ac : debajo de subduco, is, ere, duxi, ductum : retirar, sustraer succedo, is, ere, cessi, cessum : ir detrás, Marchar detrás de summus, a, um : la más grande superior, oris : más elevado, superior supra, adv : encima de sustineo, es, ere, tinui, tentum : soportar, sostener suus, a, um : adj. : su totus, a, um : todo triplex, icis : triple ueteranus, a, um : veterano unus, a, um : uno, un utor, eris, i, usus sum : utilizar
--	--



Ita ancipiti proelio diu atque acriter pugnatum est. Diutius cum sustinere nostrorum impetus non possent, alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. Nam hoc toto proelio, cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, aversum hostem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est, propterea quod pro vallo carros obiecerant et e loco superiore in nostros venientes tela coniciebant et nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiciebant nostrosque vulnerabant. Diu cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est. Ex eo proelio circiter milia hominum CXXX superfuerunt eaque tota nocte continenter ierunt. Nullam partem noctis itinere intermisso in fines Lingonum die quarto pervenerunt, cum et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,26

VOCABULA

ab, prép. : + Abl. : de, desde, por	e, ex prép. : + Abl. : de, desde, fuera de
ac, conj. : y	is, ea, id : este, ese, aquel
acriter, adv. : con fuerza	eo, is, ire, iui, itum : aller
ad, prép. + Acc. : a, hacia	eo, adv. : à ce point (souvent suivi de ut = que)
alter, era, erum : uno....., otro	et, conj. : et. adv. aussi
anceps, cipitis : ambiguo, dudoso	etiam, adv. : incluso
at, conj. : pero	filia, ae, f. : hija
atque, conj. : y	filius, ii, m. : hijo
auersus, a, um : hostil, contrario	finis, is, f. : límite, frontera
auerto, is, ere, ti, sum : retornar, volver	hic, haec, hoc :este
capio, is, ere, cepi, captum : coger	homo, minis, m. : hombre
carrus, i, m. : carro	hora, ae, f. : hora
castra, orum, n. pl. : campamento	hostis, is, m. : enemigo
circiter, adv. : alrededor	ibi, adv. : allí
coepio, is, ere, coepi, coeptum : comenzar	impedimentum, i, n. : bagage
confero, fers, ferre, tuli, latum : reunir, juntar	impetus, us, m. : ataque
cum, inv. :1. preposición + abl. = con	in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en
2. conjunción + ind. = cuando, como	inter, prép. + Acc. : entre
3. conjunción + subj. : después que	intermitto, is, ere, misi, missum : interrumpir
dies, ei, m. et f. : día	eo, is, ire,ivi, itum : ir
diu, adv. : mucho tiempo	ita, adv. : así
diutius, adv. : muchísimo tiempo	iter, itineris, n. : ruta, camino
	Lingo, onis, m. : los Lingones

**VOCABULA**

loco, as, are : colocar	sequor, eris, i, secutus sum : seguir
locus, i, m. : lugar s (elpl.es neutro)	subicio, is, ere, ieci, ictum : colocar debajo
miles, itis, m. : soldado	sum, es, esse, fui : ser, estar
milium, ii, n : mil	superior, oris : superior, más elevado
mons, montis, m. : montaña	supersum, es, esse, fui : sobrevivir
multus, a, um : numeroso	superus, a, um : que está encima
nam, conj. : de hecho, pues	sustineo, es, ere, tinui, tentum : soportar, sostener
nemo, neminis : nadie	suus, a, um : adj. : su
non, neg. : no	telum, i, n. : arma arrojada
nonnullus, a, um : algún	totus, a, um : todo
noster, tra, trum : adj. nuestro	triduum, i, n. : espacio de tres días
nox, noctis, f. : noche	uallum, i, n. : emplaizada
nullus, a, um : ningún	uenio, is, ire, ueni, uentum : venir
obicio, is, ere, ieci, ictum : colocar delante	uesper, eri, m. : tarde
occido, -ere, occisi, occium : morir, caer	video, es, ere, uidi, uisum : ver
pars, partis, f. : parte	uideor, eris, eri, uisus sum : parecer
peruenio, is, ire, ueni, uentum : llegar	unus, a, um : un, uno
possum, potes, posse, potui : poder	ut, conj. : + ind. : cuando; + subj. : para que, que, de manera que
pro, prép. : + Abl. : delante de	uulnero, as, are : herir
proelium, ii, n. : batalla	vulnus, eris, n. : herida
propter, prép + acc. : a causa de	conicio, -ere, -ieci. ictum : arrojar
propterea quod : porque	cxxx : (inv.) 130
pugno, as, are : combatir	mataras : ?
quartus, a, um : cuarto	moror, morari, moratus sum : retrasarse
qui, quae, quod : quien, cual	Orgetorix, -igis : Orgetorige
recipio, is, ere, cepi, ceptum : recibir	Potior, potiri, potitus sum + Abl : apoderarse de
rota, ae, f. : rueda	tragulas : ?
se, pron. réfl. : se	
sepelio, is, ire, iui (ii), ultum : enterrar	
septimus, a, um : séptimo	
sepultura, ae, f. : sepultura	



Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditioe ad eum miserunt. Qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent atque eos in eo loco, quo tum essent, suum adventum exspectare iussisset, paruerunt. Eo postquam Caesar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos per fugissent, poposcit.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,26

VOCABULA

ad, prép. + Acc. : a, hacia, junto a	mitto, is, ere, misi, missum : enviar
adduco, is, ere, duxi, ductum : obligar	obses, idis, m. : rehén
aduenio, is, ire, ueni, uentum : llegar	obsideo, es, ere, edi, essum : sitiarse
arma, orum, n. : armas	omnis, e : todo
at, conj. : pero	pareo, es, ere, ui, itum : obedecer
atque, conj. : y	pax, pacis, f. : paz
Caesar, aris, m. : César	pedes, itis, m. : soldado de infantería
conuenio, is, ire, ueni, uentum : encontrarse, juntarse	perugio, is, ere, fugi, - : huir hacia
cum, inv. preposición + abl. = con 2.	peruenio, is, ire, ueni, uentum : llegar
de, prép. + abl. : au sujet de, du haut de, de	pes, pedis, m. : pie
deditio, onis, f. : rendición	posco, is, ere, poposci : reclamar, pedir
eo, is, ire, iui, itum : ir	postquam, conj. : después de que
eo, adv. : hasta este punto	proicio, is, ere, ieci, iectum : arrojar, tirar
exspecto, as, are, aui, atum : esperar	queo, is, ire, ii ou iui, itum : poder
fleo, es, ere, fleui, fletum : llorar	qui, quae, quod : que, cual
Helvetius, i, m. : helvecio	quo, Adv. = où donde
in, prép. : (ac o abl.) : a, hacia / en	res, rei, f. : cosa, bien
inopia, ae, f. : pobreza	se, pron. réfl. : se
is, ea, id : este, ese, aquel	seruus, i, m. : esclavo
iter, itineris, n. : camino, ruta	sum, es, esse, fui : ser, estar
iubeo, es, ere, iussi, iussum : ordenar, mandar	suppliciter, adv. : humildemente
legatus, i, m. : legado, enviado	suus, a, um : adj. : su
locus, i, m. : lugar (pl. neutro)	tum, adv. : entonces
	loquor, loqui, locutus sum : hablar
	peto, -ere, -ivi, petitum : buscar, pedir



Eo concilio dimisso idem principes civitatum, qui ante fuerant, ad Caesarem reverterunt petieruntque, uti sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,31

VOCABULA	
ad, prép. + Acc. : a, hacia, junto a	pedes, itis, m. : soldado de infantería
ago, is, ere, egi, actum : hacer, mover	pes, pedis, m. : pie
ante, prép. + acc. : antes de , delante de	peto, is, ere, iui, itum : buscar, pedir
Caesar, aris, m. : César	princeps, ipis, n. m. et adj. : primero, jefe
ciuitas, atis, f. : ciudad	proicio, is, ere, ieci, iectum : lanzar, arrojar
concilio, as, are : reunir	queo, is, ire, ii ou iui, itum : poder
concilium, ii, n. : asamblea	qui, quae, quod, pr. rel : que, cual
cum, inv. :1. Préposition + abl. = con	res, rei, f. : cosa
de, prép. + abl. : de, desde	reuerto, is, ere, i, sum : volver
dimitto, is, ere, misi, missum : enviar, dispersar	salus, utis, f. : salvación
eo, is, ire, iui, itum : ir	se, pron. réfl. : se
fleo, es, ere, fleui, fletum : llorar	secreto, adv. : a parte
idem, eadem, idem : mismo	secretus, a, um : secreto
impetro, as, are : obtener	sese, pron. : = se
in, prép. : (acc. ou abl.) : a hacia / en	sum, es, esse, fui : ser, estar
is, ea, id : este, ese , aquel	suus, a, um : adj. : su
licet, v. impers. : está permitido, permitir	uti, = ut : que, para que, de manera
occulto, as, are : ocultar	que, cuando, aunque
occultum, i, n. : oculto	utor, eris, i, usus sum + Abl : utilizar
omnis, e : todo	



Hac oratione ab Diviciaco habita omnes qui aderant magno fletu auxilium a Caesare petere coeperunt. Animadvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere quas ceteri facerent, sed tristes capite demisso terram intueri.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,32

VOCABULA	
a, ab prép. : + Abl. : de, desde, por	fletus, us, m. : llanto
adsum, es, esse, adfui : estar presente, ayudar	habeo, es, ere, fui, bitum : tener
animaduerto, is, ere, ti, sum : darse cuenta, observar	hic, haec, hoc : este
auxilium, ii, n. : ayuda	intueor, eris, eri, itus sum : mirar
Caesar, aris, m. : César	magnus, a, um : grand
caput, itis, n. : cabeza	nihil, ou nil (inv) : nada
ceteri, ae, a : pl. todos los demás	omnis, e : todo
coepio, is, ere, coepi, coeptum : comenzar	oratio, onis, f. : discurso
demitto, is, ere, misi, missum : dejar caer	peto, is, ere, iui, itum : buscar, pedir
Diviciacus, i, m. : Diviciaco	qui, quae, quod : que, quien
ex, prép. : + Abl. : de, fuera de	res, rei, f. : cosa, asunto
facio, is, ere, feci, factum : hacer	sed, conj. : pero
	Sequani, orum, m. : los secuanos
	terra, ae, f. : tierra
	tristis, e : triste, afligido
	unus, a, um : uno



Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere triduique viam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere sibi praecavendum Caesar existimabat. Namque omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas, idque natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen Dubis ut circino circumductum paene totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod est non amplius pedum <mille> sescentorum, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices eius montis ex utraque parte ripae fluminis contingant. Hunc murus circumdatus arcem efficit et cum oppido coniungit. Huc Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit occupatoque oppido ibi praesidium conlocat.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,38

VOCABULA

a, prép. : + Abl. : de, desde, po	mille, n. pl. ia, ium : mil
accido, is, ere, cidi : suceder	mons, montis, m. : montaña
ad, prép. + Acc. : a, hacia, junto a	munio, is, ire, iui, itum : fortificar
altitudo, dinis, f. : altitud	murus, i, m. : muro
amplius, adv. : más	natura, ae, f. : naturaleza
Ariovistus, i, m. : Ariovisto (jefe germano)	ne, adv. : ... quidem : ni siquiera ; conj. + subj. : que (verbes de temor), para que no, que no
arx, arcis, f. : ciudadela	no, as, are : nadar
arx, arcis, f. : la citadelle	nocturnus, a, um : nocturno
bellum, i, n. : guerra	nuntio, a, are : anunciar
cingo, is, ere, cingi, cinctum : ceñir	occupo, as, are : ocupado
circinus, -i : círculo	omnis, e : todo
circumdo, as, are, dedi, datum : rodear	paene, adv. : casi
circumduco, -ere, -duxi, ductum : llevar alrededor, rodear	pario, is, ere, peperí, partum : conseguir
colloco, as, are : colocar	pars, partis, f. : parte
coniungo, is, ere, iunxi, iunctum : unir	pes, pedis, m. : pied
contendo, is, ere, tendi, tentum : dirigirse, rivalizar	praecaveo, es, ere, caui, cautum : tomar medidas preventivas
contineo, es, ere, tui, tentum : contener, mantener	praesidium, ii, n. : guardia
contingo, is, ere, tigi, tactum : tocar, legar	procedo, is, ere, cessi, cessum : avanzarse
copia, ae, f. : abundancia / pl. tropas	propterea, adv. : à cause de cela, - quod : porque
cum, inv. : 1. Préposition + abl. = con 2. conjonction + ind. = cuando, como 3. conjonction + subj. : al+inf	qui, quae, quod : que, cual
diurnus, a, um : diurno	radix, icis, f. : raíz, falda (de un monte)
do, das, dare, dedi, datum : dar	reliquus, a, um : restante
Dubis, is : río de los secuanos (Doubs)	res, rei, f. : cosa
duco, is, ere, duxi, ductum : conducir, guiar	ripa, ae, f. : río
efficio, is, ere, effeci, effectum : conseguir	Sequani, orum, m. : los secuanos
eo, is, ire, iui, itum : ir	sescenti, orum : seiscientos
eo, adv. : hasta tal punto	spatium, ii, n. : distancia, espacio
ex, prép. : + Abl. : de, fuera de	summa, ae, f. : conjunto, totalidad
existimo, as, are : considerar	summus, a, um : superlatif de magnus. Muy grande, último
facultas, atis, f. : facultad	suus, a, um : adj. : su
finis, is, f. : límite, frontera	totus, a, um : todo entero
flumen, inis, n. : río	triduum, i, n. : espeacio de tres días
huc, adv. : hacia aquí	Vesontio, onis : Besançon (capital de los secuanos)
in, prép. : (acc. ou abl.) a, hacia / en	uia, ae, f. : ruta, camino, viaje
intermitto, is, ere, misi, missum : interrumpir	usus, us, m. : uso, utilidad
is, ea, id : este, ese , aquel	ut, conj. : + ind. : cuando; + subj. : para que, que, , de manera que,
iter, itineris, n. : camino, marcha	uter, tra, trum : uno de los dos
locus, i, m. : lugar. (pl. neutro)	uterque, utraque, utrumque : cada uno de los dos
magnopere, adv. : vivamente, mucho	
magnus, a, um : grande	



Nonnulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant. Hi neque vultum fingere neque interdum lacrimas tenere poterant; abditii in tabernaculis aut suum fatum querebantur aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur. Vulgo totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus ac timore paulatim etiam ii qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque quique equitatu praerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris et magnitudinem silvarum, quae inter eos atque Ariovistum intercederent, aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant.

CAESAR, *De bello Gallico*, 1,39

VOCABULA		
